Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 99



constituit in locum veteris monasterii, sicut hodierna die patet*. Ordinavit etiam laicalem habitum grisei coloris ad differentiam praedictorum fratrum. Nominataque est eadem domus xenodochium**, eo quod sex opera misericordiae ibi essent perficienda***, quia ad hoc idem fratres erant deputati ad susceptionem pauperum, et infirmantibus curam impendendam, ut dispositum fuit ab abbate. Ordinavit etiam, ut missa, quae prius habebatur in ecclesia sancti Stephani, deinceps haberetur in veteri monasterio. Aptavit etiam ad hoc duos sacerdotes de conventu, qui omnes horas canonicas cum cottidiana missa ibi peragerent [1]. Transtulit etiam isdem pater sanctum Reginberthum a loco veteris monasterii ad mausoleum sibi praeparatum. Transtulit etiam venerabiles patres Wernherum et Giselberthum ad locella † novi monasterii, ubi nunc requiescunt ††. Beatum autem Beringerum non transtulit, quia revelatum sibi fuit, quod non deberet transferri, sed in loco suae habitationis nec non aedificationis sineret permanere. Qui sanctus pater licet corporali habitatione fratribus non interfuerit, amicabili tamen praesentia patrocinando ipsis semper affuit.

35. ††† Patet etiam ipsum ante deum fore magnae sanctitatis, quod animadverti potest in quodam religioso viro, nomine Eberhardo de Basilea*, qui sanctus vir quadam die casu novam capituli domum praeteriens, sicut ipse postea cuidam seniori referebat, dominum Beringerum abbatem dudum defunctum, qui primus istius coenobii pater exstitit**, vidit in eadem capituli domo deambulantem. Revestitus enim erat cappa festiva, qua vestiuntur episcopi in consecratione ecclesiarum, ferulamque manu tenebat. Est autem ferula*** virga pastoralis, habens in inferiori parte fixorium [1] ferreum. *[fol. 15 b]* Unde psalmista †: „reges eos in virga ferrea.“ Et item ††: „virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.“ Hanc manu tenebat, cum qua, ut sibi videbatur, in eiusdem capituli domus pavimento scribebat, sicut episcopi facere solent, quando consecrant ecclesias; unde constat, per ipsum locum fore sanctificatum ac dedicatum.

36. Idem autem Eberhardus vir beatus in hoc loco se ipsum subdidit monasticae religioni pro animi sui††† medela. Nam postquam semel sylvam monasterii intravit, per quadraginta hic manens annos, postea non exivit. Sicut enim s. Benedictus dicit, in congregatione stabilis fuit. Hic est etiam ille senior, cui dominus Marquardus [diaconus de Esslingen *†] post obitum suum apparuit, et legationes illas, quas supra in eius sententia retulimus, per eum mandavit senioribus atque sanioribus nostrae congregationis.

37. **† Bertholdus de Frickingen, filius Reigilonis comitis ***†, qui in hoc loco ad conversionem venit,

[1] peragant, Hs.

* de xenodochio et fratribus exterioribus, quorum vestes erant grisei coloris. Randglosse Herrgotts. Graue Kleider trugen die Armen und Dienstboten.

** Ueber das xenodochium sagt Kettenacker a. a. O. p. 116: In constitutionibus Clugniacensibus, quae saeculo Christi XIII. adhuc apud nos vigebant, praebendarii vocabantur pauperes illi, qui ex elemosynis monasterii vivebant; quales et apud nos ab initio abbatiae fuerunt ad mentem et voluntatem fundatoris primarii b. Reginberti de Seldenbûren, praecipientis, ut in constructo a se xenodochio duodecim pauperes quotidie alerentur. De istis duplicis generis praebendariis annalista (Wülberz) loco citato addit: „praebendarii isti, quam diu robusti erant, otium summopere evitabant, frequentius adibant ecclesiam, demortui in coemeterio saecularium prope sacellum s. Nicolai praebendariorum humeris elati sepulturam percipiebant, quin monachi ad ullas pro ipsis preces fundendas tenerentur.“ Man hieß diese Anstalten im Mittelalter der Elenden Herbergen.

*** Matth. 5, 3 flg.

† locellum als Neutrum ist in der classischen Sprache nicht gebräuchlich, in welcher nur locellus und loculus vorkommen. Du Cange s. v. gibt locellum die Bedeutung von praedium, territorium, was hier nicht paßt, wo offenbar von den gemauerten Grabvertiefungen die Rede ist. Unter loca verstand man die Gräber, daher hat der Verfasser locella für kleine Gräber gebildet.

†† Darnach hat Abt Utto 1086—1108 die Absis ss. Felicis et Regulae, worin die beiden Aebte begraben sind, erbaut. S. Bd. 3. S. 598, 99.

††† Meyer schrieb auf den Rand: Eberhardus de Basilea vide etiam fol. 30, d. i. oben lib. II. cap. 28.

[1] frixorium, Hs. Ist Schreibfehler, fixorium heißt Zwinge Stift.

* Siehe oben lib. II. cap. 28.

** Nach dieser Stelle ist es unzweifelhaft, daß St. Blasien vor 1036 keine Abtei war.

*** ferula ist gleichbedeutend mit pedum, Hirtenstab.

† Psalm 2, 9.

†† Psalm 22, 4.

††† Selten wird in geistlichen Schriften animus für Seele gebraucht, wahrscheinlich stand in der Urschrift anime sue. S. unten Kap. 42, wo richtig animae suae steht.

*† Siehe oben Kap. 21, 24, 28.

**† Bertholdus de Frikingen, Randglosse von Herrgott.

***† Dieser comes Reigilo von Frickingen ist ohne Zweifel derselbe Reigil comes, der unter dem 21. October im alten St. Blasischen Necrolog, wahrscheinlich vor 1094 eingetragen, steht. S. Band 3. S. 617. Da er ohne jeden Beisatz genannt ist, so darf man schließen, daß die Eltern der Mönche nur mit ihrem Namen eingetragen wurden. J. Bader in seiner Schrift: Markgraf Hermann V. von Baden S. 79 flgde. gibt über die Familie der Grafen von Frickigen, bei Salem, Aufschluß. 1094 erscheint ein Burchardus, comes de Frickinga, Bader glaubt, das Wort comes rühre von einem Versehen des Schreibers her, da sie später



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0101
© Universitätsbibliothek Freiburg